Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26208
Copyright: Admont, Benediktinerstift

in honore spiritalium. Papa romanorum. augustis cesaribus
coparat. Patarche quoque tres scilicet unum in asia. apud antiochiam.
alium in affrica apud alexandriam. tertium in europa. apud constan
tinopolim. equantur patriis. Achiepiscopis. regibus. Metropolita
ni ducibus. Cpi. comitibus. Chorepi. prefectis. Tribunis militum.
Abbates uel prepositi. Cancellarii. pretoribus. Archipbri. cen
turionibus. Decani. decurionibus. Pbri. aduocatis. Diaco
ni et subdiaconi. quatinionibus. uel triumuiris. Exorciste.
questionariis. Aulei iantores. in ecclia hostiarii. Carmi
num relatores. uel comici. uel tragedi. seu accoliti. Lectores.
Cantores. Psalmiste. De Tonsura.

De habare is.

Tonsura clericorum initium sumpsit ab usu habarum.
Hii ex iussu legis crines suos radebant. et in sacrificium
dno incendebant. Habari autem dicuntur sci. Unde apli
ad exemplum eorum ministros ecclie docuerunt se ob signum
tondere. quatenus recordarentur se dno in scitate seruire debe
re. Xpe rex et sacerdos. fecit nos suos reges et sacerdotes.
Pars capitis rasa est signum sacerdotale. pars crinibus coma
ta signum regale. Sacerdotes quippe legis thiaram. id est pille
olum ex byisso in modum medie speciem rotundum in capite
portabant. reges autem auratas coronas gestabant.
ergo rasa pars capitis thiaram. circulus crinium preferebat coro
nam. Sacerdotes quoque in lege caput et barbam rasit. dum sa
crificium pro populo obtulit. Rex coronam gestabat. dum ad
salutandum populum procedebat. ita xpe rex pro nobis spineam
coronam portauit. dum humilis et potens duellum pro mi
litibus pugnaturus, processit. et regem superbie deuicit.

De Xpo.